

wird, hier aber in einer mir unbekannten Burg (in *Ecio castro*) spielt; die erste ist eine Variation der in der verlorenen sächsischen Kaiserchronik (*Annalista Saxo* und *Ann. Palidenses*) auf Otto den Grossen bezogenen Erzählung, wie der König einer Frau wider ihren Willen zu ihrem Rechte verhilft. Dass diese Erzählung hier in Zürich localisiert ist, deutet der Eingang an. Ihre Fassung scheint älter, ursprünglicher zu sein als die der Kaiserchronik; als Gedenkzeichen erscheint in dieser eine Kirche, hier eine Weide.

Has predictas hystorias seu fabulas scripsi ex cronicis magistri C. Derrerii rectoris scholarum in Augusta temporibus Ludwici imperatoris Romanorum quarti, qui regnavit circa annum domini 1340.

f. 225'. Anfang:

Ex quibusdam cronicis. De mirabili sermone. Nota quod accidit quod quidam Predicator ut frequenter veniret ad claustrum quod vocatur Kungsvelt, ubi sepultus est rex Ungarie, et ibi residebat regina cum multis beginis, et ibi sermocinavit u. s. w.

f. 228. Quod in sagittantem didicit referire sagitta. Nota quod anno 1337. audiui mirabile factum, quod actum erat eodem anno inter paganos u. s. w.

f. 229'. De apparentibus bonis. Nota quod quidam dixit unum simile de papa Iohanne XXII. et adhuc potest dici de pluribus. Dixit enim quod esset unus mus, qui emisit filios suos ut temptaret, si aliquod animal esset foris, quod posset eis nocere. Et venerunt et dixerunt: 'Nullum animal videmus nisi unum quod iacet cum igne, quod est valde bonum et mansuetum'. Tunc dixit pater murum: 'Ab illo animali custodiatis vos, quia nullum aliud ledit vos nisi illud'. Sic papa Johannes apparuit bonus et non erat.

Quod clerici non simpliciter sunt prohibendi a mulieribus. Nota quod quidam papa voluit valde prohibere clerum a concubinis. Tunc quidam versificator misit illos versus: Qui prohibet clerum a concubitu mulierum, reddit levitas cum presbiteris sodomitas.

f. 229'. Exemplum quod sedicio est mala. Nota quod anno 1340. in Werdea wlgus opposuit se civibus, ita quod omnino volebant predominare, et dixerunt quod vellent scire computationem sue steure. Ad civitatem autem illam imperator Ludowicus misit illum de Niffen, ut inter ipsos faceret compositionem. At wlgus tunc amplius noluit audire computationem steure, sed solum voluerunt, ut omnes cives exirent civitatem. Et erant quidam mediocres qui assumpserunt sibi communitatem et credebant se dominare posse. Quid autem accidit? Venerunt illi mediocres cum 100 de wlgis in Ingel-